



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Catalogus Praepositorum Monacensium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

CLEMENS Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ex debito pastoralis officij nobis comissi votis personarum ecclesiasticarum quarumcunque, quæ collegiatarum ecclesiarum & personarum in eis diuinis laudibus dedicatarum decorem respiciunt, libenter annuimus, & nobilium virorum preces id à nobis deuote exposcentium ad exauditionis gratiam admittimus. Sane pro parte dilecti filij moderni Præpositi Ecclesiæ B. Mariæ Virginis oppidi Ciuitatis nuncupati *Monachi Frisingen.* Diocef. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dilectus filius nobilis Vir *Guillelmus Bauriæ* Dux ad maiorem Dei gloriam & dictæ Ecclesiæ splendorem & dignitatem cupit dicto, & pro tempore existenti ipsius Ecclesiæ Præposito vsu mitræ & baculi pastoralis per sedem apostolicam concedi. Quare pro parte dicti moderni Præpositi nobis humiliter fuit supplicatum, quatenus eiusdem Ecclesiæ decori & ornamento consulere, aliisque in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos eorum pium desiderium plurimum in Domino collaudantes, ac dictum modernum Præpositum à quibusuis excommunicationis, suspensionis & interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris & pænis à iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati, præfato & successoribus suis pro tempore existentibus dictæ Ecclesiæ Præpositis, vt Missam & alia diuina officia diebus festis solemnibus celebrando in processionibus aliisque publicis actibus mitra annulo & baculo pastoralialiisque Pontificalibus insigniis uti, & benedictionem solemnem post Vesperarum, Matutinorum, Missarum & aliorum diuinorum officiorum solemniam supra populum ibidem interestentem dummodo inibi aliquis Antistes seu sedis Apostolicæ legatus præsens non sit, vel si præsens fuerit, ad id eius accedat assensus, impartiri, nec non præfata & aliarum ab ea dependentium Ecclesiarum & Capellarum vasa & ornamenta, ad diuinum cultum pertinentia, in quibus non requiritur vnctio, benedicere, ipsasque Ecclesias & earum cimiteria seminis humani, vel sanguinis effusione, aut aliâ quomodolibet polluta, aqua prius per aliquem Antistitem gratiam & communionem dictæ sedis habentem benedicta, reconciliare liberè & licitè valeat apostolica auctoritate tenere præsentium de speciali gratia indulgemus. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac dictæ Ecclesiæ iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis & indulti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum *Romæ* apud sanctum *Petrum*, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, quingentesimo, nonagesimo quinto, quarto Kal. Maij, Pontificatus nostri anno quarto.

Descriptum ex originali.

Catalogus Præpositorum *Monacensium.*

THEODORICVS *Mair* Decretor L. *Eystadien.* an. 1494, qui iussu *Alexandri* PP. VI. resignauit, retenta pensione.

IOHANNES *Newbauer* Decret. D. fit Præpositus an. 1495.

BALTHASAR *Mercklin de Walkirchen* I. V. Doct. Præpositus in *Walkirchen.* 9. Febr. an. 1516. resignauit 6. Iunij an. 1516.

Metrop. Salub. Tom. II.

Tc 3

GABRIEL

- GABRIEL *Ridler* I. V. Doct. Canonic. *Ratisbonen.*
 WOLFGANGVS de *Seiboldsdorf* I. V. Doct. & Præpositus in *Pfaffenmünster,*
 an. 1524. 17. Maij.
 ANTONIVS *Rudolph*, Theologiæ Doct. an. 1550. 23. Octobr.
 SEBASTIANVS *Groß à Trockau* cognomento *Pfersfelder* an. 1574. 9. Martij.
 GEORGIVS *Lautherius* Theolog. Doct. an. 1577. 14. Decemb.
 PANCRATIVS *Motfchenbach* Theolog. Doct. an. 1610. 4. Octobr.
 Ill. mus & R. mus Dn. FRANCISCVS GVILIELMVS Comes à *Wartenberg,*
 Dn. in *Wald*, ficutiam Præpositus *Oetingen*, an. 1614. die 24. Ianuar.

Catalogus Decanorum *Monacensium.*

- IOHANNES *Kienberger* an. 1495.
 BALTHASAR *Hundertpfund* Doct. an. 1497.
 CASPARVS *Râbein* circ. an. 1503.
 CASPARVS *Barth* I. V. Doct.
 AMBROSIVS *Tphouer* de *Tphouerstal* I. V. Doct. an. 1532. 25. Octobr. resigna-
 uit an. 1533. 3. Iulij.
 MATTHÆVS *Kretz* D. an. 1534.
 GEORGIVS *Stengl* Theol. D. an. 1543. resign. an. 1554.
 ADAMVS *Bartholomæus* Theol. L. an. 1554. resign. an. 1571.
 GEORGIVS *Lautherius* Theolog. D. primò an. 1571. resign. eod. anno.
 PHILIPPVS *Dobeveiner* Theol. Doct.
 GEORGIVS *Lautherius* Theol. D. secundò an. 1577. 24. Ian.
 SEBASTIANVS *Franz* Theol. L. an. 1577. 14. Dec.
 PANCRATIVS *Motfchenbach* Theol. D. an. 1605. 26. April.
 JACOBVS *Golla* Theol. D. an. 1610. 5. Octobr.

MATIKHOVEN.

COLLEGIVM Canonicorum secularium in Boiaria Noricorum. Iohan-
 nes Kùchler cum vxore Catharina Matickhouiæ, vbi quondam Regum
 Boariæ prætorium fuisse vetusta indicant diplomata, Collegium mystis Augu-
 tinianis instituit, circa Annum 1413. Auent. in Annalib. fol. 811.

MATSEE.

MONASTERIVM fundatum à Thessalono, Duce Bauariæ, religionis ac
 pietatis studiosissimo Principe, vnà cum aliis quibusdam Monasteriis, cir-
 ca Annum 760. Auentin. fol. 303. Hoc Monasterium Carolomannus Rex tra-
 didit ac donauit Monasterio à se nuper extructo, in loco, qui dicitur Ottinga,
 &c. cum omibus suis pertinentiis, anno primo regni Carolomanni Serenissi-
 mi Regis Boiariorum, Indictione IX. Actum Mathechouæ curte regia, &c. Ex-
 tat diploma Patauiæ, & in libello Ioan. Auent. de Ottinga.

CASTRVM ac dominium Matsee pertinuit aliquando ad Ecclesiam Pata-
 uien. quod Georgius Episcopus Patauiensis, cum sumptuosus esset, vnà cum suo
 Capitulo vendidit Pilegrino Archiepiscopo Salisburgen. cum omnibus suis
 pertinentiis, pro 15000. libris Viennen. denariorum, Anno 1396. aliàs 98.

EST hodie ibi Decanus, vnà cum aliquibus secularibus Canonicis, qui quo-
 ad spiritualia adhuc subsunt Patauien. Episcopo, sed quoad temporalia Salis-
 burgenfi, saluo iure supremæ Ducalis potestatis ac meri Imperij Ducum Baua-
 riæ, secundum concordata cum Archiepiscopo Salisburgen. Das Matsee ge-
 hört in das Landgericht Brauna/ze.